

R. Deo gratias.

R. Consumetur justitia peccatorum dicentium te Joseph Sanctissime, in peccato originali esse conceptum. *Diriges justum scrutans corda et renes. ¶ Justum adjutorium meum a Domino Josepho, qui salvos facit rectos corde. Diriges....

LECTIO II.

Quod faciet Institutum contra Patri nostro Josepho inhonorantes.

Illorum dicentium, Patrem nostrum Josephum esse maculatum furori, ut alacriter, fortiterque occurramus, atque resistamus, pro nostra professione ordine et gradu majorum nostrorum vestigia sequentes, universi Josephini congregati, post multam, gravem et maturam deliberationem, piissimam doctrinam quæ Sanctissimum Patrem Jesu, ab originali peccato Dei singulari dono fuisse præservatum, libentissime admitimus. Quamque jam pridem veram credimus, et defensionem ac propugnationem speciali sacramento conjurabimus, nosque devovimus statuentes, ut nemo deinceps, sano huic nostro Instituto per ultima vota adscribatur, nisi se hujus religiosæ doctrinæ assertorem, strenuumque propugnatorem semper pro viribus simili juramento profiteatur. Quod si quis ex nostris, quod absit, ad hostes Virginis Josephi transfuga, contrariam assertionem, quam falsam, impiam, erroneam judicamus, sprete rectæ rationis, Sacræ Scripturæ, ac doctorum auctoritate, hunc honoribus nostris omnibus privatum, atque exoneratum a nobis et consortio nostro, velut ethnicum, et publicanum procul abjiciendum decernimus. Omnia autem hæc, ab Instituto fieri debent Josephino

nostri Patris Josephi in favore, illo in die, quo ad ipsum honorandum et glorificandum vocetur, suam immaculatam definiendo conceptionem, quemadmodum Patres Reverendissimi Franciscani Mariæ puritatem Sanctissimæ strenue propugnarunt.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Deus iudex, justus, fortis et patiens irascitur per singulos dies contra inimicos Sancti Josephi.* Nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit et paravit illum. ¶ Et in eo paravit vasa mortis. Nisi....

—DIA 12 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Christus Dominus primum, Virgo Deigenitrix secundum et Joseph tertium locum obtinent in ordine hypostatico; ergo tum Jesus, tum Maria, tum Joseph fuerunt absque originali peccato. Jesus habuit etiam plenitudinem absolutam omnium gratiarum et virtutum, quia in illo homo erat Deus; Maria habuit plenitudinem relativam omnium gratiarum et virtutum post gratias et virtutes donatas humanitati sacratissimæ Jesu; et Joseph habuit etiam plenitudinem relativam omnium gratiarum et virtutum post gratias et virtutes donatas suæ Sponsæ Mariæ; ergo tres sunt absque peccato, et unusquisque cum gratiis et virtutibus suæ dignitatis propriis.—*Jos.*—Vas electionis Paulus putat omnes homines in Adam peccasse; sed cum eminentiam gratiæ Dei in te, o Maria, in te, o Joseph, considero, sicut vos non intra omnia quæ facta

sunt ineffabili modo contineo, ita et vos non lege naturæ aliorum in vestra conceptione divina fuisse opinor.—*Jos.*

Nos hæc sublimia. &c.

R Deo gratias.

R Sicut apud Deum est noster Sanctissimus Joseph potentior.*Inter omnes sanctos et angelos. ¶ Ita et pro omnibus et angelis, pro nobis filiis suis revera sollicitior est. Inter....

LECTIO II.

*De immaculata conceptione almorum
—parentum Christi.—*

Sacræ sanctitatis Familiæ dogma, hominum filii consolator est; et si Jesus ut omne genus humanum salvaret et redimeret, essentialiter impeccabilis debuit esse; ita eodem ferè modo Parentes ejus, gratia et privilegio, impeccabiles esse debuerunt. Et uti ad hunc finem de Spiritu Sancto conceptus fuit, virginialiter Maria, et Joseph a purissimis suis parentibus concepti esse debuerunt, simili modo quo protoparentes nostri, si in statu innocentie filios habuissent. Nam protoparentes ut immaculati fuissent conveniens fuit, patet, tum Maria, tum Joseph ab originali macula liberi esse debuerunt. Sub hoc aspectu dicemus: immaculatam Mariæ et Josephi conceptionem cum omnibus christianis mysteriis conectam esse; conjunctiones et Josephi nobiscum et cum Deo demonstrare, et etiam ad catholicam præbet antecedens pietatem, ut Mariæ et Josephi excellentiis donis, privilegiis, gratiis et benedictionibus agnoscamur, qualiter, fides, spes et charitas nostra esse debet; et quod idem redit, quod nostri cultus qualiter esse debet plenitudo nostra erga almos Christi parentes. At eos diliga-

mus, diligamusque ipsos ex tota anima nostra, ex omnibus potentiis nostris.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ecce parturit injustitiam, concepit dolorem et peperit iniquitatem.*Loquendo contra immaculatam conceptionem nostri Sancti Josephi. ¶ Lacum aperuit et effudit eum et incidit in foveam quam fecit. Loquendo....

LECTIO III.

*De immaculata conceptione almorum parentum
Christi.*

Juxta quosdam, homo incipit esse homo, non ex illo instanti quo corpus ejus materiale in utero matris efformatur, sed illo ex momento, quo, corpus suum jam efformatum, a Deo illa divina et sublimior animatio infunditur, quæ ex corporis eum anima conrextione resultat; et Deus unoquoque in jam corpore formato, animam infundit revera spiritualem intelligentem et liberam; uno verbo, animam rationalem et tunc est dum, proprie loquendo, homo incipit esse homo. Sed secundum alios, et hæc opinio in diebus nostris acceptabilior est et a catholicis medicis approbata, ipso in illo momento quo homo semen suum effudit et acceptum est a muliere, hoc ipso instanti, spiraculum vitæ Deus super eum inspirat, scilicet, animam rationalem, et ex tunc homo incipit esse. Jam vero, nobis, tum pro Mariæ conceptione, tum pro Josephi, postrema hæc opinio convenit admittere, modo, scilicet, quo homo efformatur; ut, non tantum eius animæ fortitudo, sed et corporis promineat. Hoc primum humanæ existentie esse, in illis omnibus post Adam natis,

sigillo seu nota maculae, infamiae, contumeliae et degradationis qua omnes nati sumus, signatum est; sed haec tanta injuria in parentibus Jesu purissimis, nullo modo locum conveniens erat ut habuisset. Ex quo concludimus: Parentes Jesu purissimos sine originali labe fuisse conceptos.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Confitebor Domino Josepho secundum justitiam ejus, et psallam nomini Domini Josephi. *Quoniam elevata est magnificentia ejus super caelos. V. Domine Joseph, Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Quoniam....

—DIA 13 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Deus praeservavit Mariam ab originali ut esse digna Dei Mater; ita Deus praeservavit Josephum ut esset Mariae simillimus et dignus Dei Pater; nam honor parentum redundat in Filium, et dedecus filii est Pater sine honore, similiterque dedecus Sponsae est Sponsus inhonoratus.—*Jos.*—Sicut Maria praeservata fuit ab originali quia sic eam Verbum elegit; sic dicendum est Deum elegisse Patrem juridice talem, ut revera esset immunis ab originali.—*Jos.*—De almi parentibus Christi, propter honorem Jesu Filii sui, conveniens est nullam prorsus cum de peccatis agitur habere quaestionem: hac de causa ambo fuerunt immaculati a primo instanti sui esse, et ambo revera impeccabiles per gratiam et privilegium, eis revera concessum.—*Jos.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Te dilectissimum Patrem nostrum Josephum sic Deus exaltavit. *Ut omnia secum possibile illi instanti donaverit. V. Et tu velis totum tuum esse, in favorem filiorum tuorum. Ut omnia....

LECTIO II.

De immaculata conceptione almorum parentum Christi.

Omnes in illo quod ex Adamo et Heva, protoparentibus peccato haeredes sumus, nascimur; sed quia nolebat Deus hominem sua prima culpa perire, suae etiam se miserabilitatis doluit, ut curaret ab aeterno, remedium dignum, remedium infinitum, remedium efficacax, praeparans, hoc malum infinitum; et ad hunc finem, secundam Personam Trinitatis, suum ipsum Verbum, determinans, hominem fieri, ut pro hominibus posset mori, a peccato eos liberari, eosque caeli viam exemplo suo edoceri. Hoc praese ferbat consilium, virginale matrimonium beatius, ex quo, medio Spiritus Sancti concursu, sanguinis et carnis nostrae fieri dignatus est participi, Unigenitus Dei Filius. Hoc ergo matrimonium, ab aeterno, ut fuisset in terris prima Divinitatis mansio, delectissimum et illius qui in excelsis regnat sanctum habitaculum, et verum Dei vivi tabernaculum, in medio hominum positum praerordinatum. Hoc ergo matrimonium, talia privilegia, tales gratias, tales exceptiones, atque praerogativas, habuit ut omnibus creaturis debuit praecellere, hac de causa ut essent almi parentes Christi praelecti, absonum est ut in vitam pervenirent, aliqua cum macula; sic ergo tum Maria, tum Joseph virgi-

naliter concepti fuerunt, adeoque sine labe originale.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ex ore infantium et lactentium Domine Dominus noster, perfecisti laudem immaculatæ conceptionis Patris tui Josephi.*Propter inimicos suos destruas inimicum et ultorem. V Et convertetur dolor ejus in coput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendat. Propter....

LECTIO III.

De immaculata conceptione almorum parentum Christi.

Dum Mariam et Josephos immaculatos fuisse affirmamus ut illi ex nostra massa praevaricatora in statu peccati coagulati fuerunt, non intelligere volumus. Ideoque hoc suae immaculatæ conceptionis mysterium celebramus, quod nec Maria, nec Joseph in Adam peccato comprehensi fuerunt non haeredes maculae suae fuerunt, numquam filii iræ seu maledictionis, nec super se unam tantum ex immensa illa calamitate consequentiam attraxerunt, et non solum numquam Satanae subditi fuerunt; sed semper sancti omnino, purissimi, et omnino exempti et ab omni peccato liberi, adeoque omnino immaculati. Et uti in veteri lege, quo magis appropinquabat nationum desideratus, magis clarescebant figurae et prophetiae quae de illo habebantur; ita cum Christi parentibus contigebat; hac de causa ab Ecclesiae initio fulgentes vidimus de die in die magis, magisque, eorumque glorias meius patefactad privilegia et praerogativas, sicuti eas habere debent almi parentes Christi.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnia subjecisti sub pedibus Patris tui Josephi oves et boves universas insuper et pecora campi.* Volueres coeli et pices maris, qui perambulant semitas maris. V Domine Joseph, Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Volueres....

—DIA 14 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quaerit Dominus sibi virum secundum cor suum ut hinc clarius itelligeretur, quod quemtumvis Deus, non solum praeteritis hominibus; sed et in futuris, quempiam quaerat Josephi parem nullum invenit.—*Cart.*—Sicut Deus optimam omnium foeminarum elegit in Matrem; ita optimum omnium virorum decebat eligere in ejus Sponsum; et hic Joseph noster revera est —*Cart.*—Dubitari a nemine potest Josephum semper ut in omni eventu perfecte voluntati divinae conformem.—*Fran. de S.*—Sanctissimus Joseph ut ad ordinem hypostaticum pertiens, excipitur ab illa generali: regula omnes in Adam peccaverunt; ergo Sanctus Joseph excipi poterit a generali de contrahendo peccato originali. Excipitur a Tridentino Beatissima Virgo ab originali, quia pertinebat ab ordinem hypostaticum; ergo videtur ipsum Concilium facultatem nobis, dare ad excipiendum Sanctissimum Josephum, quia ad hypostaticum etiam pertinet—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quia Jesus Filius tuus potentissimus tecum

est.*Ideo et tu potentissimus es per ipsum. ¶ Ita ut dicere possis pro nobis filiis tuis charissimis, potestas mea summa est. Ideo et....

LECTIO II.

De immaculata conceptione almorum parentum Christi.

Mariae et Josephi immaculata conceptio, cum dogmatibus almis Parentibus Jesu pertinentibus commisi non debet. Itaque, ut fidei dogma existit Josephum et Mariam, almos, virginalesque esse Jesu Parentes, juxta quod ipsa nobis ait Maria, scilicet, ad Jesum sic loquens: Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te; et haec maternitas, et haec paternitas divinae, ab eorum immaculata conceptione, diversae sunt. Fidei ut dogma confitemur Mariam semper Virginem fuisse, et Virginem antea, ipso in momento et post suum partum, nec non Christum concepisse, non ex homine, sed ex Spiritu Sancto, et quod Joseph solum virginalis fuit Jesu Pater; sed hoc est dogma ab illo de quo nunc agimur, distinctum, nam aliud est perpetua et Josephi et Mariae constans virginitas; et aliud plane diversum immaculata ipsorum conceptio. Praeterea, affirmare nobis fas est, privilegium conceptionis sine macula signatum est primo in capite, tum veteris, tum novi Testamenti. Hac de causa, Angelum volens Deus tentatorem, propter super humanitatem victoriam superbam punire, non solum serpentem maledicit, nec tantum inter eam et mulierem inimicitias ponit, sed ad hoc serpentis capitis contritionem addidit per mulierem effaciendam. Et si dum venit temporum plenitudo, Maria gratia plena fuit vocata, ipso in illo momento et Joseph justus antonomastice dicitur.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Virum Mariae de qua natus est Jesus.*Venite adoremus et procidamus ante eum. ¶ Joseph autem est vir Mariae de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Venite....

LECTIO III.

Vita interioris cordis a Domino Josepho efficacissime petitur.

O immaculate et divine Joseph! non possum non amare te ex toto corde meo et ex totis affectis meis, quoniam tu est vita mea, beatitudo et mors mea; hac de causa, ab ipsis his momentis tuis esse volo, opera mea omnia sub tua facere protectione; ut omnis craeatura vestram benedicat, laudet et glorificet immaculatam conceptionem; his laboribus, per tuum amorem, aggressis, a te interioriorem vitam petam. Ab hoc ipso die, et ut in praxim ducam virtutem quae semper ac toto tempore tibi fuit amabilius signaculum, si vigilo, ante oculos meos ponam te; si dormio, vestrum amorem respirabo; si deambulo, eris tu, Joseph mi, dulcior comes; si sedeo, juxta me et ad meum latus adstabis ut me dulciorem quietem infundas; si studeo, tu dilectissime mi Joseph, meus eris magister sapientissimus; si scribo, tu manum meam et pennam duces, majorem inveniens beatitudinem dum tuum nomen adorabile deliniet, nec non et gratias excellentias, praerogativas, aliaque merita tua evulget, quae immaculatum sine macula a primo instanti conceptionis tuae praenotent; verba mea dictabis et actiones meas inspirabis, et illam fiduciam quae omnia a Deo sperat et Domino suo, mihi donabis; si

fessus sum, ad fessionem meam guttam aeternae quietis gloriae addidis; si infirmitas me invisisset, tu peritissimus medicus corporis mei et animae meae eris, et etiam mea eris medicina et solatium uno verbo, dum moriar, mors mea erit in tuis benignis brachiis, ut tu cum Maria et Jesu mea beatitudo in aeternum sis.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Video in virginali Patri tuo Josepho, caelos tuos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas quae tu fundasti.*Gloria et honore coronasti eum tanquam sine labe originale conceptum. ¶ Ideoque constituisti eum super opera manum tuarum. Gloria et honore....

—DIA 15 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

S. Joseph eximi potest a generali originalis peccati regula, intuitu dignitatis Sponsae beatae Virginis Mariae, et quamvis Josephi dignitas sit inferior physica maternitate Dei, tamen tum moraliter, tum matrimonialiter, tum juridice, videtur aliquo modo esse superiorem, ergo tum Joseph tum Maria concepti fuerunt sine macula originali.—*Jos*—Non stat bene, S. Josephum fuisse praevisum cum omnibus auxiliis, et gratis ac privilegiis et contraxisse peccatum originale; ergo de facto non contraxit; tum ergo fuit sine labe originale conceptus.—*Jos*—S. Josephum debuisset ea puritate nitere, quae exprimeret convenientiam et similitudinem ipsius cum beata Virgine; ergo hac de causa probatur fuisse

praevisum omnibus auxiliis, ac in primis esse absque macula peccati originalis, quamvis ejus Sponsa sit de facto sanctior ac perfectior quam ipse.—*Jos*.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Pius adesto, bone Joseph, et adjuva nobis potentissime.* Quis post Jesum et Mariam curam geret dilectissimi tui sancti Instituti? ¶ Tu potentissime defendisti nos in nostris afflictionibus. Quis post Jesum....

LECTIO II.

Immaculatus Joseph exemplum vitae cordis
—dedit nobis.—

O beate Joseph! tu qui numquam divinum Salvatorem visu perdidisti, ad hanc sollicitudinem tuam comissum; tu qui per triginta annos sua divina exempla contemplare meruisti, vitam tuam bene cum ejus vita conformans, ita ut per eam Mariae dignissimus Sponsus declaratus fuisti adeoque sicut Maria in tua conceptione immaculatus. O quam sancta et perfecta vita tua! qui ardores animam tuam comburebant! quae inestimabiles excellentiae! Semper Jesum videre, perpetuo de Jesu cogitare, continuo propter Jesum laborare, sine intermissione cum Jesu loqui, exterius semper Jesum habere et praecipue intra cor tuum, omnes actus tuos infinita perfectione faciendo, ut nobis fuisti vitae interioris sublimius exemplum. Tu conspectu eius frintus es in infirmitate carnis, et sub infantiae velaminibus, et nos eum posidemus in amoris Sacramento, sub eucharistiae velaminibus; et tali in statu gloriae, et familiaritatis, ut in Ecclesia nostris, in nostris taberna-

Piissima

culis, et intra nosmetipsos habemus. O Pater noster Domine Joseph; ut tua sciamus consilia exaudire, ut gresus tuos sequi possimus, ut amemus te ex toto corde nostro, et ex tota anima nostra, et ut cum Maria et Jesu in æternum te mereamur in cœlis possidere, da nobis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Confitebor tibi, Domine Sancte Joseph in toto corde meo narrabo mirabilia tua.*Ut potentissimo Protectori universalis Ecclesiæ, lætabor et exultabor in te et psallam nomini tuo, altissime. ¶ Domine Joseph, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Ut potentissimo....

LECTIO III.

*Noster immaculatus Joseph sacri cordis
—Jesu amicus est—*

Si summam inter Joseph et ejus Jesum Filium conjunctionem conspiscimus, certe patebit, nos dum Josephum sacri cordis amicum vocamus, non errare; hoc enim dicere idem est paucis verbis quod inter Jesum et Josephum Patrem ejus contigebat, vel quod in idem redit, id quod Joseph per Jesum fuit, et quod Jesus per Josephum fuit. Certe habetur, Josephum suum virginalem Filium in Jesu semper videre; et eum diligebat tanto amore et intensitate, quantum virginaliter cum Maria genuerat, et quantum per naturam sine obice omnia perfecte facit, cor tam amabile ei dedit, quod ex se flammæ igneas producendo, eum ad perfectam officiorum suorum adimpletionem erga Jesum conducebant. Jesus, suo cum Patre Josepho, sicut Deus et Homo

se gerebat; tamquam Deus, eum ab Æterno sellegit ut Pater ejus esset, et sicut Patri dignissimo, et ejus Matris Sanctissimo Sponso, omnes gratias convenientes dedit, earum fundamentum, in sua immaculata conceptione, reponens. Sed tamquam Homo, Josephum sicut Patrem suum agnoscebat, eum honorabat, venerationem exhibebat, eum videbat, cor suum in manus suas ponebat, adeo ut amicus cordis Jesu meruit vocari.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quoniam fecisti justitiam et causam meam sedens super thronum qui judicas justitiam.*Increpasti inimicum Patris tui et tamen impius periit, nomen ejus delesti in æternum et in sæculum sæculi. ¶ Inimici defecerunt frameas in finem, et civitates eorum destruxisti. Increpasti....

—DIA 16 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

S. Joseph ex sua vocatione, debet exprimere convenientiam et similitudinem cum beatissima Virgine in prædicato negativo puritatis; ita ut uterque conjux et careret peccato gravi personali, et etiam veniali, et insuper originali.—*Jos.*—Pie et probabiliter dici posse S. Josephum omni prorsus peccato veniali caruisse, sive illud sit ex malitia, sive ex inadvertentia, quia sanctificatus fuit in primo instanti sui esse.—*Jos.*—Deus libere concipiens Decretum creativum et elevativum almorum parentum Christi, prævidens sub ipso absolute futura efficacia omnia,

auxilia, intendens efficaciam et in ea complacens formaliter radicaliter et equivalenter libere vult Mariae et Josepho auxilia omnia efficaciam, atque in primis, ut ambo sint immaculati a primo instanti sui esse, ut essent revera dignissimi parentes Christi.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Tu cum habeas certissime paternam apud Filium Jesum auctoritatem. *Tu dabis nobis salutem sempiternam. ⁊ Et ab æterno liberabis supplicio. Tu dabis....

LECTIO II.

*Immaculatus Joseph primus est inter
—laborum amicos.—*

Tempus vitæ brevissimum est; et hæc brevissima vita omnium calamitatum plena est; similis veritas de corde certe aerumnoso producta, characterem habet valde verum et realem nostrae humanae existentiae; nam atmosphaera nostra, adversitas et dolor semper erit. Hac de causa, vix puer in lucem apparuit cum suum primum vagitum et suam primam exclamationem doloris profundit, crescit, et dum cogitat primas felicitatis sensationes invenire, certe occasione meliore regredit, et doloris vociferationem profert, quia rosam quam carpit, suas manus cum spinis ferit, et calicem quem usque ad ultimum libere volebat, felicitates suae vitæ omnes venenat. Haec est vita nostra, doloris vita; et vita quae Josephi fuit, tali modo, ut affirmare possimus, certe, juxta Evangelium, vitam immaculatam nostri Josephi seminatum crucibus fuisse, cruce quae

haereditas sua semper fuerunt sub doloris titulo. Maternitas ejus Sponsae eum contremittit, et loco summi gaudii, quia indignus se considerabat ad vivendum cum Deigenitrice, et postea cum Jesu, protinus mari dolorum submersus fuit. Pauper invenitur, persecutus et profugus, a suis cognatibus contemptus, et in perpetuis diligentibus et sudoribus, nocteque ac die continuo laborans ut manducaret. Et tamen, eum videmus, tamquam perfecta et completa potentissimae et efficacis resignationis norma, in medio majorum laborum, maximarum afflictionum, inauditorum periculorum, fortiorum persecutionum, etiamque inter mortis dolores, qui in anima sua infinitis doloribus sacriabant.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. In convertendo inimicum tuae immaculatae conceptionis. *Infirmabitur et peribit a facie tua et peribit memoria eorum cum sonitu. ⁊ Verumtamen tu, immaculate Joseph, in aeternum permanebis. Infirmabitur....

LECTIO III.

*Vita immaculati nostri Josephi, fuit vita
—omnium dolorum.—*

Immaculati et divini Josephi vita, tamquam Mariae et Jesu vita fuit, scilicet, vita omnium dolorum, vita omnis spinis seminata, vita cujus haereditas fuit afflictio, et vita cuius fuit omnes ferre et sustinere dolores. Pauper fuit, persecutus, die noctuque, in lignaria officina sua laborabat ut manducationem sibi et quos Providentia dederat, aduceret. Cum Jesu

et Maria exilis in Ægypto fuit, ubi difficulter fragmentum panis comparare poterat et forte, frequenter ut id obtinuerat ut mendicus inter extraneos et barbaros apparuit; usque dum septem transierunt anni ad patriam suam reversus, iterum timorum ac aerumnarum praeda fuit, ut pretiosam Filii sui Jesu existentiam, a multis periculis salvaret. Diligens et inter mille labores Joseph ambulat per tres dies, tresque noctes per Jerusalem thesaurum sollicitudinis suae charum quaerens quem, sine ulla sua culpa perdiderat. Tamquam Sacrae Familiae Dux, eam juxta se per decem et octo annos habens, suo cum labore alit et dum postremo, hora venit gaudendi credit et in pace et tranquillitate requiescere, in ejus Sponsae et Filii societate, et mors ab eis abstulit eorum solatium.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Paravit in judicio tuae conceptionis sine macula S. Joseph. *Et ipse judicabit orbem terrae in aequitate judicabit populos in justitia. ¶ Et factus est Dominus refugium pauperi, adjutor in opportunitatibus in tribulatione Et ipse....

—DIA 17 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitas Sanctissimi Josephi est dignitas ordinis hypostatici; dignitas præter ordinem ac legem totius naturæ; ergo S. Joseph liberatus fuit a lege naturæ per quam omnes peccamus in Adamo; ergo fuit re vera immaculatus a primo instanti sui esse.—*Jos.*—

Vir Mariæ, hoc est, prorsus ineffabile, et nihil præterea dici potest: Josephi dignitas est revera ineffabilis, quia revera est supernaturalis, atque dignitas magna hæc concessa fuit Josepho singulari Dei dono, ut per desponsationem omni sermone præstantioris fieret Virginis Sponsus: et hoc factum est ita, quia certissimum est dignitatem Sancti Josephi constituere statum non permanentem solum, verum etiam supernaturalem, cum operationibus ita obsequiosis Deo ut auctori supernaturali; et revera proclamant nostrum divinum Josephum esse sine labe originali conceptum.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R De omnibus filiis tuis, o dilectissime Joseph, Pater noster. *Nullus qui liberetur a malis nisi per te ut purissimus. ¶ Nullus qui salvus fiat nisi per te ut sanctissimus. Nullus....

LECTIO II

Deus. Deus meus, volo pati et contemni pro te.

Mari dolorum submersum, semper, omni in momento, videt se, Pater noster Sanctissimus Joseph; et tamen, os non aperuit, lamentationes nullas prorumpit, et tantum cum accentibus patientissimi Job, ait: Quod Deus placuit, in me locum habuit, benedictus sit nomen ejus; Deus Deus meus, volo pati et contemni pro te. Omnibus filiis Sancti Josephi vita sua, monstrare debet, in hac lacrymarum valle, unicam hæreditatem nostram, dolorem esse; crucem considerando, tamquam stellam polarem quæ nos in hoc cursu ad vitam æternam ducit. Cum hæc ita se habeant, clare videtur, unica via ad sanctitatem

ducens, et ad officia nostra adimplenda a regulis nostris imposita, in eo ponere debemus, quod omni cum diligentia laboremus ad magnanimitatem animi consequendam, ita ut, omnes tribulationes patientia et firmitate sustinere possimus; ita tantum, digni erimus tamquam Joseph, præmium illud consequendi, quod tribulatis tantum permititur; beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Jam vero, per amorem erga hunc magnum sanctum, et quia filii ejus sumus dilectissimi hoc Institutum suum efformantes, quod ambæ familiæ josephinæ componunt, thessera nostra sit, dolor et animi angor; submissio et conformitas cum divina voluntate, usque dum vere dicere possimus: Deus, Deus meus, volo pati et contemni pro te.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Et sperant in te qui noverunt te immaculatum. * Quoniam non dereliquisti quærentes te immaculatum. V Psallite Domino Josepho qui habitat in Sion, annuntiate inter gentes studia ejus. Quoniam non . . .

LECTIO III.

Dominus Sanctus Joseph Pater virginalis Jesu.

Quoties super Encyclicam cui titulus "*Quamquam pluries*," a sapientissimo Pontifice Leone XIII circa Patrocinium Sancti Josephi editam, mentem attente revoco, toties emiratus profunde consto, et veluti majori gaudio possessus, dum Josephum Mariæ fuisse Sponsum, Jesuque Patrem, lego. Valde, si prudentem Pontificis argumentationem, sequamur, mirifice tractatam, nec non in dicendo

copiosam, miremur; et si ex una parte mihi hymnus Sancto Josepho laudis videtur, alia ex parte meipsum confirmo Pontificem per inspirationem scripsisse coelestem. Et si quis verum hoc non credit esse, ut integram legat Encyclicam prænuntiatam; verum hoc est unde quasi per caliginem novos ad majorem Sancti Josephi gloriam et honores horizontes videremur, et quasi ab ipsa manumittamur ad Sancti Josephi similitudinem faciendam quantum fas est inter coeteras Sacræ Familiæ Personas. Verum est hoc, unquam, quod nobis tempora jam venerunt, ab hominum coetu Sanctum Josephum auferendi, et etiam quasi inconscientes ad immaculatæ suæ conceptionis studium impellimur. Venite ergo omnes, Josephum dignissimum Mariæ Sponsum adorantes seu venerantes, quoniam ipse Deus eum honoravit summam dignitatem ipsi Josepho largiens, Josephum adoremus, quoniam dignitas Josephi unica est causa qua Pontifex ipsi Ecclesiæ defensionem commendavit; adoremusque eum, demum, quia est virginalis Jesu Pater.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tu qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas usque ad portas filiae Sion. * Miserere mei Domine Joseph. V Quoniam requirens sanguinem eorum, non es oblitus clamorem pauperum. Miserere . . .

—DIA 18 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cogita quanta reverentia et quanta puritas men-